

E L E N C H U S

LITERALIUM INSTRUMENTORUM FACTUM JURIIUM PERSONALIUM AEQUE,  
AC REALIUM NOBILIUM POSSESSIONIS SZABAD. SZ. KIRÁLY INCLITO  
COMITATUI DE BARANYA ADJACENTIS CUM SYNOPTICO EORUNDEM IN-  
STRUMENTORUM LITERALIUM EXTRACTU.

1. Literae nobiles, exemptionales, donationales Leopoldinae nobilitaris possessionis Szabad Sz. Király incolis nobilibus de anno 1681. emanatae, anno dein 1682. in generali comitatu Szaladiensis, et Simegiensis; anno vero 1697. Baranyiensis, et Valkovariensis solemniter publicatae, et unanimo voto acceptatae nemine contradicente de A<sup>o</sup>. 1681.
2. Palatini Thomae de Nádasd statutorii mandati transsumptum pro parte egregii Adami Literati de Pellérd super una curia, et domo nobilitari in possessione Szent Király comitatus de Baranya adjacente habita, per defectum seminis nobilis, ac venerabilis quondam Joannis presbyteri olim canonici, et vicarii capituli V. Ecclesiensis de dato Posonii die 13<sup>a</sup> mensis Februarii anni 1557. ad capitulum Castriferrei directum, et tandem de 3<sup>a</sup> July 1690. pro parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium erga requisitorium mandatum domini locumtenentis regii Pauli Esztorás expeditum, in quo exponitur, quod nec testimonium capitulare, nec homo palatinalis ultra Szigethum ire, consequenter ad faciem possessionis Szent Király, et curiae donatae accedere sinitur. Ausi 1557.
3. Aliud Ferdinandi regis ad idem capitulum mandati statutorii authenticum transsumptum de eodem Anno, et die.
4. Mandatum mediante quo dominus palatinus Paulus Eszterházy mandat comitati Baranyiensi ut nobiles Szabad Sz. Kiralienses in suis praerogativis nobilitaribus conservet, et manuteneat de dato Viennae die 8<sup>va</sup>. Novembris 1695.
5. Literae missiles, tenore quarum dominus Joannes Matnay visa lector, et vicarius capituli Quinque-Ecclesiensis domino notario capituli Castriferrei commendat Szent Kiralienses, ut pro parte ipsorum exquirat, datae in Keövágo Szöllös die 25<sup>a</sup>. Aug. 1696.
6. Literae inclytae universitatis comitatus de Baranya domino palatino Paulo Eszterházy exaratae, quibus mediantibus commendat nobiles Szent Kiralienses quatenus sua consuetudo virtute novae donationis Leopoldinae eosdem contra acquisitionem, et impetitionem Comitatus Gabrielis a Véchy Generalis manuteneat dignetur de dato Quinque-Ecclesiis 26<sup>a</sup>. Febr. 1699.

7. Literae missiles domini Mathiae Radonay .episcopi Quinque-Ecclesiensis domino Nicolao Skerlecz praeposito majori Quinque-Ecclesiensi Viennae exaratae quibus monet, eundem ne in negotio nobilium Szabad [Szent Királyium frauduliter agat].....  
 [E két sor az Elenchus szakadozotttsága miatt nem olvasható.]
8. ....  
 contra comitem Gabrielem Vechy et qualiter contra omnes et singulos alios emptores, aqisitores, venditores, et donatores possessum Szabad Szent Király in capitulo Castriferrei per nobiles Szabad Sz.Kiralienses interposita die 9<sup>a</sup>. July 1699,
9. Eiusdem par per dominos Paulum Mesterházy inclit<sup>o</sup> comitatus de Báranya iudlium, et Beniaminum Hoitsy iurassorem Quinque-Ecclesiis die 8. Februarii 1757. vidimatum.
10. Testimoniales sub autentico regio sigillo, et subscriptione regia super certa conventionem, et accorda inter dominum Nicolaum Skerlecz praepositum majorem Quinque-Ecclesiensem, ac per eum totum venerabile capitulum Quinque-Ecclesiense ab una, ab altera vero partibus nobiles Andream et Joannem Beke nobilium Szabad Sz. Kiraliensium plenipotentiariorum coram Augustissimo Imperatore, et rege Hungariae Leopoldo interventa [sic!] emanatae die 27<sup>a</sup>. July 1699.
11. Transsumptum sub autentico regio sigillo super facto Andraeae et Joannis Beke qua plenipotentiariorum Nobilium Szabad Sz. Kiraliensium coram Sacratissimo Caesaraeo regio, quippe Leopoldo per nobiles Szabad Sz. Kiralienses remedio revocationis annihilato die 6<sup>a</sup>.-mensis Maji 1715. Posonii emanatum.
12. Literae domini Francisci Josephi a Kraff, quibus enixe commendat camerae aulicae regiae, quatenus possessionis Szabad Sz. Király nobiles inhabitatores inventilatione privilegialium literarum eorundem coram eatenus ordinata commissione regia constitutos eadem camera conservet, et manuteneat, idipsumque mediante rescripto cameralei administrationi Budensi, et praefectoratui Quinque-Ecclesiensi serio committat, de dato ex deputata commissione Caesarea regia Viennae 30<sup>a</sup>. Martii 1700.
13. Statutoriae pro parte dominae comitissae Mariae Theresiae viduae de Buchaimb [sic!] nata comitissa de Losenstain [sic!] super possessionibus et praediis Sz. Király contradicentibus nobilibus Szabad Sz. Kiraliensibus de anno 1702.
14. Plenipotentiales pro parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium nobilibus Andraeae, et Joanni Beke expeditae in capitulo Quinque-Ecclesiensis 14<sup>a</sup>. Martii 1702.
15. Attestatio Domini Ignatii Pávics inclit<sup>o</sup> comitatus de Baranya.....  
 .....  
 .....  
 ..... cetera, sed accepto ..... a domino comite Gabriele [Véchy] ..... violenter extorserit de dato Quinque-Ecclesiis die 15<sup>a</sup>. Juny 1702.
16. Attestatio ex praefectoratu caesareo cameralei quod inhabitatores pagi nobilitaris Sz. Király neque decimas neque nonas praesteterunt dato Quinque-Ecclesiis die 16<sup>a</sup>. Juny 1702.
17. Autenticum transsumptum inquisitionis binae in comitatibus Szaladiensis, et Báranytensi pro parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium, super avita nobilitate deputationaliter peractae sub sigillo regio expeditum 14<sup>a</sup>. Aug. 1702.

18. Protectionales domini Francisci Horváth confinii Simontornyensis supremi capitanei, et utriusque ordinis equestris quippe et pedestris militiae commendantis serio mandantis ne Sz.Kiralienses in personis, aut rebus suis ubicunque existentibus turbare, aut damnum quoquo modo iisdem inferre praesumat sub gravi animadversione de dato Simontornyae die 24. Juny 1706.
19. Notificatio, obiurgatio comminatio domini Antonii Prajner super vigiliarum praefecti plagae Simontornyensis directoris, et domini com. Ant. Eszterházy occasione tumultuum Rakocziatorum campi Marschalli plenipotentiarii de eo, quod Sz.Kiralienses militiae Germanicae Szigethi, et Quinque-Ecclesiis existenti diligenter succurrat, minime vero militiae Hungaricae Simontornyae commoranti, unde significat, quod duos Sz.Kiralienses incompendari curaverit tamdiu, non dimittendos, donec totam ipsis impositam non praestiterint de dato Simontornyae 30<sup>a</sup>. July 1708.
20. Joannis Madarász iudicis nobilium missiles literae quibus notificat] pecora Sz.Kiraliensium Simontornyam ideo fuisse abacta; quod ibidem existenti militiae, vulgo Kuruczonibus nullam provisionem suppeditare voluerint de dato Simontornyae 22<sup>a</sup>. Aug. 1708.
22. Literae oeconomicalis [sic!] administrationis Cis-Danubianae, mediantibus quibus iuxta cum eadem administratione communicatas...  
.....privilegiales donationales in immunitatem nobilitarem Szabad Sz.Kiraliensium consentit, et pro nobilibus recognoscit de dato Sabariae 14<sup>a</sup>. Juny 1709.
23. ....donationalium privilegialium Leopoldinarum nobilibus inhabitatoribus possessionis Szabad Sz.Király per dominum Ignatium Pávics inclitū comitatus de Baranya ~~substitutum~~ vice comitem vi[dimitum] quo Sz.Kiraliensibus communicato existente tandem dominus Franciscus Palkovics praesidia Simontornyensis, et plagae eiusdem, spector taliter indorsavit, quod siquidem possessio Szabad Sz.Király ex legitimis rationibus per oeconomicalem administrationem Danubianam immunitati nobilitari restituta sit, et ipse qua etiam domini comitis Antonii Eszterházy super generalis campi Marschalli plenipotentiaris in eandem immunitatem consentiat, et ratam esse indicet de dato Simontornyae 22<sup>a</sup>. Julii 1709.
24. Attestatio dominorum Stephani Balogh inclitū comitatus de Baranya vice iudicium et Francisci Makay iurassoris de dato Quinque-Ecclesiis 19<sup>a</sup>. Novembris 1715. de eo, quod, dum domini deputati regii conscriptores in hocce comitatu de Baranya conscripserint, ipsi eisdem adiuncti existentes, Szabad Sz.Kiralienses, visis de eorum vera nobilitate literis, ex conscriptione eiusmodi regnicolari prorsus, et totaliter exmiserint 1715.
25. Benignae protectionales regiae Imperatoris, et regis Caroli sexti, quibus mediantibus nobiles Szabad Sz.Kiralienses iuxta tenores benignorum donationalium, et privilegialium nobilitarium Leopoldinarum in avita nobilitate sua confirmantur et ab impetitionibus domini comitis Francisci Wilhelmi a Neszlerod eliberantur, et a praestatione tum nonae, tum decimae aliisque datis terragialibus tam ipsi, quam eorundem possessio Szabad Sz.Király simpliciter immunitantur de dato Vienna Austriae die 29<sup>a</sup>. Aprilis 1720.
26. Testimoniales domini Alexandri Skerlec inclitae tabulae regiae iudriae iurati notarii super eo, quod idem dominus iuratus dominum Joannem Paszárdi inclitū comitatus Baraniensis vice comitem admonuerit, quatenus idem vice comes benignas literas protectionales regias pro parte nobilium Szabad Sz.Kiraliensium emanatas in primitus celebranda congregatione publicari faciat, tenoribusque earundem semet omnimode accomodare studeat de dato Quinque-Ecclesiis die 23<sup>a</sup>. Aug. 1720.

27. Testimoniales inclitae universitatis comitatus de Baranya super facta benignarum regiarum protectionalium, et immunitationalium Carolinarum literarum nobilibus Szabad Sz. Kiraliensibus clementissime elargitarum publicatione de dato ex generali congregatione inclitae comitatus de Baranya die 14<sup>a</sup>. Januar. 1721. V. Ecclesiis celebrata.
28. Attestatio, et recognitio dominorum regionum conscriptorum Georgii Pelsőcz et Francisci Kiss Pápai inclitae comitatus Baranyensis, et Tolnensis qualiter conscribentium super eo, quod occasione eiusmodi generalis regiae, et palatinalis, conscriptionis nobiles Szabad Sz. Kiralienses, possessionem eorundem nobilitarem Szabad Sz. Király visis eorundem literis [Pro]tectionalibus regiae ex serie attactae conscriptionis, et numero portarum ex integro exmiserint de dato in possessione Szabad Sz. Király die 26a. Aug. 1729.
29. Quietantia in forma recognitionis et attestationis domini Alexandri Balasko per inclitum comitatum de Baranya occasione insurrectionis nobilitaris constituti quarteriorum magistri de dato Quinque-Ecclesiis die 21<sup>a</sup>. Januar. 1742. super eo, quod nobilitas Szabad Sz. Kiraliensis duorum militum suorum pro intertentione per se statutorum 72 f. pro sex mensibus competentes numeraverit.
30. Gratiiosa inclitae comitatus de Baranya determinatio, qua mediante ab omni onere taxationis eximuntur, et in perpetuum liberi, et immunes pronunciantur, ac ob id contra Borussum sex insurgentes milites equites statuere, et in castra simul cum ceteris comitatus gentibus expedire obligantur, emanata sub autentico inclitae comitatus Quinque-Ecclesiis die 31<sup>a</sup>. Aug. 1744.
31. Deductio summae 550 F. .... per dominum Joannem Hersching inclitae comitatus de Baranya perceptorem, V. Ecclesiis die 17<sup>a</sup> Novembris 1744. facta, quos nobiles Szabad Sz. Kiralienses pro victu, et amictu armisque comparandis pro sex militibus insurgentibus per se se statutis eidem domino perceptori numerare debuerunt 1744.
32. Quietantia domini Joannis Nagy inclitae comitatus Baranyiensis perceptoris de dato Quinque-Ecclesiis die 17<sup>a</sup>. Febr. 1757. super Flor. 105. quos nobiles Szabad Sz. Kiralienses pro uno milite equestri per eosdem statuendo rite numerarunt.
33. Plenipotentialas nobilium Szabad Sz. Kiraliensium, quibus medianibus in universis causis suis nobiles Franciscum Beke, et Andream László in suos plenipotentiarios constituunt de A<sup>o</sup>. 1746. 28<sup>a</sup>. mensis Aprilis in capitulo V. Ecclesiensi emanatae.
34. Literae missiles palatini Pauli Eszterházy ad suam Maiestatem Leopoldum scriptae de eo, ut nobiles Szabad Sz. Kiralienses, adversus comitem Gabrielem Véchy, qui ipsos ad statum colonicalem reducere voluit, iuxta privilegium suum in nobilitari praerogativa conservare dignetur de dato Posonii 19<sup>a</sup>. mensis Maji 1699.
35. Literae missiles nobilium Szabad Sz. Kiraliensium domino Ladislao Dóry ad excelsam cancellariam Hungarico-aulicam Viennae existentem agenti scriptae, quibus apud nominatum agentem ..... ad avertendas episcopi V. Ecclesiensis quotidianas afflictiones et actiones protectionales, et mandatum ad commendantem Szigethiensem adversus certum collonellum exoperetur de dato Szabad Sz. Király 1720. 15<sup>a</sup>. Februariis.
36. Instantia ad excelsam cameram aulicam finem in illum porrecta quod cum eadem intuitu iuris armorum convenire velint, illudque deponere parati sint.

37. Copia mandati cancellariae regiae Hungarico aulicae querelam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium de dato Viennae 28<sup>a</sup>. Aug. 1716. emanati, quo comitatus iniungitur, ut eosdem contra impetitores in praerogativa nobilitari autoritate magistratuali tueatur, et eum in eadem conservari non faciat, informatio submittatur.
38. Instantia nobilium Szabad Sz. Kiraliensium ad Suam Maiestatem modernam reginam Mariam Theresiam data, tenore cuius humillime petitur, ut penes benignam Suae Maiestatis eatenus elargiendam dispositionem processus querulosi per venerabile capitulum Quinque-Ecclesiense suscitati sistantur, sententiae curiae regiae, qua in metis contra idem venerabile capitulum stabiliti sunt, iudicialiter executioni demandetur.
39. Instantia nobilium possessionis Szabad Sz. Király, mediante qua supplicant Suae Maiestati humillime, quatenus contra potentiam episcopi Quinque-Ecclesiensis in usu privilegii, praerogativaeque, . . . nobilitaris manutenere, simulque paterna protectione sua contra via facti attentandas incaptivationes, executionem, oppressiones, byrsagiorum dictationes, ac extorsiones defendere dignetur.
40. Supplex nobilium Szabad Sz. Kiraliensium ad neoaquisticam commissionem factus recursus, qua eidem commissioni supplicatur, ut erga interpositionem eiusdem commissionis duplicis ordinis obtentas resolutiones commissionales excelsa camera Hungarico-aulica expediret, quod a continuis generalis Gabriellis Véchy molestiis liberari queant.
41. Nobiles Szabad Sz. Kiralienses humillimum sumunt ad excelsam commissionem neoaquisticam recursum, quatenus eadem commissio neoaquistica /cum possessio quoque Szabad Sz. Király inter bona neoaquistica foret/ super publicatione privilegiorum coram eadem commissione facta testimoniales extradere, et comitem Gabrielem Véchy ab attenda ad praestandas instar colonorum servitiae jobagiales executione militari adactione inhibere dignetur.
42. Instantia nobilium Szabad Sz. Kiraliensium, qua Sua Maiestati supplicant, ut ex innata sua clementia eorundem misereri, atque autoritate sua absoluta serio excelsae camerae demandare dignetur, ut aut literas suas protectionales, aut aestimationem eo, ut semet redimere seiant, extradet, quatenus ab impetitione domini comitis Véchy, et aliorum officialium cameraticorum liberentur.
43. Instantia nobilium Szabad Sz. Kiraliensium suae Maiestati porrecta, qua mediante de genu supplicant, ut edocta virtute privilegiorum suorum occasione novissimae diaetae Soproniensis approbator nobilitate, in eadem praerogativa nobilitari benigne conservare, et adversus impetitionem domini Gabriellis Véchy, qui a praestationibus colonialibus exemptione, nobilitari praerogativa, et praehabita adversus introductionem in dominium possessionis Szabad Sz. Király contradictione non curatis, ad iugum rusticitatis attrahere nitebatur, defendere dignetur.
44. Instantia comiti Joanni a Levenburgh comitatus Békesiensis suae Maiestati porrecta eatenus, ut medelam talem adinveniret, qua collationi circa possessionem Szabad Sz. Király ab excelsa camera comitissae a Buchaim factae contraveniri queat, et insuper paratos offerunt nobiles Szabad Sz. Kiralienses se velle respectu iuris armorum, aut potius redimendae vexae accordam coram instituenda commissione inire.

45. Instantia excellentissimo domino comiti Nicolao Pálffy regni Hungariae palatino tempore diaetae, data, qua nobiles Szabad Sz. Kiralienses humillime exorant eundem dominum palatinum, quatenus benignas protectionales regias publicandas ordinet, et earum publicatio, ac acceptatio medio ordanitionis vice comitis *substituti* vice comiti perscribenda committeretur, ut idem subsistens vice comes in comitatu Baraniensi quantocius publicari curet. Tametsi autem dictarum protectionalium tenor episcopo Quinque-Ecclesiensi etiam notus fuisset, tamen ex praetextu decimae 54. agros violenter detinere, et vice colonellum propria autoritate in possessionem Szabad Sz. Király contra praerogativam nobilitarem illocare praesumpsit.
46. Instantia comitatus Baraniensis porrecta, qua nobiles Sz. Kiralienses supplicant, quatenus ex gratiosa incliti comitatus dispositione a certi vice colonelli calamitatibus, et eidem, ac aliis militibus contra voluntatem praestitis, et violenter exactis vectoribus tandem liberentur, ac tam vectorarum, quam victualium bonificationem ordinet inclitus comitatus, erga cuiusmodi tenores sub extradato domini Francisci Tanyi subsistentis notarii anno 1720. die 12<sup>a</sup>. mensis Maji determinabatur ut ratione introserti negotii computus cum plenipotentiorio incliti domini inventur et exposit idem plenipotentiaris bonificet.
47. Instantia nobilium Szabad Sz. Kiraliensium comitatus Baraniensis porrecta supplicantium in eo, quatenus intuitu metarum inter possessiones Szabad Sz. Király, et Bicsérd controversarum dominus vice comes exmittatur, ad quorum petitionem A<sup>o</sup>. 1738. 15<sup>a</sup>. mensis July /ut Indorsata Adami Friebaeisz attunc comitatus notarii docet/ exmissus fuit ~~ordnatus~~ vice comes.
48. Invitatoriae domini Michäelis Koller ordinarij iudlium comitatus Baraniensis de A<sup>o</sup>. 1747. die 28<sup>a</sup>. Octobris Quinque-Ecclesiis emanatae, quibus ad generalem comitatus congregationem nobiles Szabad Sz. Kiralienses invitat.
49. Indorsata comitis Joannis Draskovics, qua comitatus Baraniensis supremi comitis, vigore cuius promittitur, quod inclitus cottus instantiam supplicantium ratione nobilitatis porrectam apud suam Maiestatem pro..... promovebit.
50. Testimoniales comitatus de Baranya, quibus notificatur, quod excellentissimus dominus comes Carolus de Batthyán medio fiscalis sui domini Michäelis Hoitssy inhiberi curat nobiles Szabad Sz. Kiralienses ab invasione terreni Bagotaiensis, et in eodem vitium implantatione, ad quam inhibitionem nominibus, et in personis nobilium Szabad Sz. Kiraliensium nobiles Andreas Iászló, et Stephanus Farkas reprotestando ultro quoque iuribus suis indubitatis inhaeserunt, et a quaestionatae plagae usu nolle recedere declararunt de A<sup>o</sup>. 1748. 1<sup>a</sup>. Juny.
51. Copia inquisitionis per Michäelem Pávics inclitus comitatus de Baranya ordinarij iudlium, et Joannem Mirkóczy iurassor ex generali praefati comitatus de Baranya congregatione exmissos iuxta seriem domorum super indubia nobilitate circa nobiles Szabad Sz. Kiralienses peractae, cui adnectuntur binae pariter de nobilitate Szabad Sz. Kiraliensium sonantes inquisitiones, quarum altera in comitatu Szaladiensi A<sup>o</sup>. 1630. 20<sup>a</sup>. Maji, altera in comitatu Baraniensi A<sup>o</sup>. 1702 peracta est, sub autentico Suae Maiestatis Sacratissimae apud personalem praesentiae regiae iudiciis locumtenentis Joannem Horváth Simonesics habito sigillo de A<sup>o</sup>. 1715. 31<sup>a</sup>. mensis Maji Posonii in transsumptis expeditae de A<sup>o</sup>. 1721. peractae.
52. Testimoniales sub autentico comitatus de Baranya sigillo ad ..... Gregorii Berényi illius temporis notarii, et in causa ..... [delegati?]..... penes exmissionem eiusdem comitatus super..... inter possessiones Szabad Sz. Kiralienses et Sz. Gáll.

53. Inquisitio ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium super metis inter possessiones Szabad Sz. Király, et Bicsérd controversiis per ordinatum iudicium Sigismundum condam Kajdacsy, et Alexandrum condam Balasko Jurassor<sup>em</sup> comitatus Baraniensis die 22<sup>a</sup>. Juny 1738. peracta.
54. Inquisitio, super signis metalibus terrenum Szabad Sz. Kiraliense a terreno Sz. Gáliensi distinguentibus ad requisitionem comitis Leopoldi Pálffy anno 1739. die 3<sup>a</sup>. Aprilis peracta.
55. Inquisitio ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium super metalibus signis terrenum possessionis Szabad Sz. Király a terreno possessionis Sz. Gall separantibus peracta 29<sup>a</sup> Juny. 1739.
56. Testimoniales iudicium, et iurassoris incliti comitatus de Baranya super admonitione, et inhibitione ad reverendissimum dominum Josephum Givovics venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis praepositum, qua tamen possessionis Bicsérd actuale dominum terrestrem facta de eo, ne terrenum Szabad Sz. Kiraliense quovis sub praetextu invadere, ac eiusdem usum vindicare praesumat, emanatae die 5<sup>a</sup>. Septembris 1739.
57. Certificatoriae domini vice comitis Danielis Horváth una cum parte actionis novi iudicii egregiis Francisco Beke, Stephano, Eva, Martino, Bernáth, Joanni Bernáth, Andrae Beke, Petro Eva Michaeli Eva, Petri Dömöter, Georgio Kulin, Petro Kata, Paulo Katona, Joanni Katona, Andrae László, Joanni Kata, et Francisco Uji nobilibus Szabad Sz. Kiraliensibus sonantes, et ad requisitionem comitis Leopoldi Pálffy, qua possessionis Sz. Gall actualis domini terrestres A<sup>o</sup>. 1739. 28<sup>a</sup>. Maji emanatae.
58. Certificatoriae domini vice comitis Danielis Horváth cum paribus actio- nis Joan. Katona, Petro Uji, et Francisco Beke nobilibus Sz. Kiraliensibus sonantes et pro parte reverendissimi domini Nicolai Josephi Givovics capituli Quinque-Ecclesiensis praepositi majoris, qua possessionis Bicsérd actualis domini terrestres A<sup>o</sup>. 1738. 6<sup>a</sup>. mensis Augusti emanatae.
59. Reflexorio-certificatoriae domini vice comitis Danielis Horváth pro parte reverendissimi domini Nicolai Givovics capituli Quinque-Ecclesiensis, qua possessionis Bicsérd domini terrestres 19<sup>a</sup>. Decembris A<sup>o</sup>. 1740. emanatae, ac nobilibus Francisco Beke, et Petro Uji sonantes.
60. Reflexorio -certificatoriae domini vice comitis Adami Friebaisz pro parte reverendissimi domini Nicolai Givovics capituli Quinque-Ecclesiensis qua possessionis Bicsérd actualis domini terrestres A<sup>o</sup>. 1746. 3<sup>o</sup>. mensis Martii emanatae, et nobili Andrae Beke, qua possessionis Szabad Sz. Király iudici, ac medio illius omnibus inhabitatoribus Szabad Sz. Kiraliensibus directae.
61. Reflexorio-certificatoriae vice comitis domini Joannis Heraching possessionis Szabad Sz. Király inhabitatoribus sinantes de annis 1750, et 1751, 1752 emanatae.
62. Instantia, qua recurrunt nobiles Szabad Sz. Kiralienses ad Suam Majestatem rogantes enixe, ut processum querulosum, quem venerabile capitulum Quinque-Ecclesiense eo, ut sententiam curiae regiae tantisper sistere valeat..... cassare, et eosdem in possessionem terreni per sententiam dietae curiae regiae adiudicati reponere dignetur.
63. Copia benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati, quo terminus ad instantiam capituli Quinque-Ecclesiensis in processu queruloso contra nobiles Szabad Sz. Kiralienses moto pro die 12<sup>a</sup>. Decembris praefixus differri praecipitur interim autem intuitu latae in curia regia sententiae circumstantialis submittatur informatio de A<sup>o</sup>. 1746. 22<sup>a</sup>. Novembris Vienna emanati.

64. Supplex Suae Majestati porrectus libellus, quo petitur, ut contra persecutiones, afflictiones, et iniurias comitis Véchy *et de Dupersperg* in antiquis suis libertatibus, et privilegiis nobilitaribus vigore, etiam noviter elargitae donationis conservare dignetur Majestas Sacratissima nobiles Szabad Sz. Kiralienses.
65. Instantia nobilium Szabad Sz. Kiraliensium illustrissimo domino Ladislao Matyasoczky cancellario regni porrecta, qua instant, ut ipsos camerae aulicae et neo-aquisticae comissioni recomendet, quatenus e iugo Gabrielis Véchy, qui suos jobagyones efficere nitebatur, eliberentur.
66. Instantia comitatus Baranya porrecta, qua petitur, ut in causa novi iudicii per venerabile capitulum contra novisatos nobiles Szabad Sz. Kiralienses suscitata, sententia curiae regiae reexecutionem reexequendorum redolens per exmittendum ordinem *rum vice* comitem effectui mancipetur.
67. Insinuatoriae, et respective citatoriae domini Michæelis Koller iudicium 22<sup>a</sup>. Maji complectentes, quibus introsertarum possessionum incolae pro perhibendo testimonio ad erigendas metas inter possessiones Szabad Sz. Király et Bicsérd citantur de dato Szabad Sz. Király 21<sup>a</sup>. Maji 1756.
68. Testimoniales incliti comitatus de Baranya erga, relationem domini Adami Friebaisz vice comitis, eique de lege adjunctorum erectionem metarum inter possessiones Szabad Sz. Király, et Bicsérd referentes, ac ad requisitionem nobilium Szabad Sz. Kiraliensium de dato Quinque-Ecclesiis A<sup>o</sup>. 1750. 7<sup>a</sup>. Januarii extradatae.
69. Inquisitiones binae super protensione metarum terreni Szabad Sz. Kiraliensis, et signis illud a metis terreni Bicsérdisiensis distinguuntibus de A<sup>o</sup>. 1750 17<sup>a</sup>. mensis Novembris ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium peractae.
70. Inquisitiones binae de eo, ut testes in illis contenti fassiones suas pro parte venerabilis capituli Quinque Ecclesiensis quoad metas terrenum Szabad Sz. Kiraliense a terreno Bicsérdisi separantes elicitas clarificent, ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium peractae de 15<sup>a</sup>. mensis Novembris.
71. Inquisitio de signis metalibus inter possessiones Szabad Sz. Király, et Bicsérd ab antiquo tantis, et .....
72. Testimonialis comitatus de Baranya super protestatione venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis contra tenores exmissionalium attacti comitatus instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium datas facta pro parte dictorum nobi..... [folytatását a másoló kihagyta].
73. Inquisitio ex tribus testibus constans super quaesitis illis, utrum videlicet Joannem Fakó Varjasiensem incolam, et an post matrem, aut patrem avum noverit testis? et quot annos habere potuerit, an sciat, peracta anno 1750. 6<sup>a</sup>. Decembris.
74. Paria quadruplicis ordinis inquisitionum sub vidimata Joannis Krusper inclitiae tabulae regiae iurati notarii pro parte venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis super signis, et locis terrenum Bicsérdisiense a terreno Szabad Sz. Kiraliensi distinguuntibus, et ad dicta signa praehabito praetense usu pacifico nec non de tempore, quo coloniam Bicsérdisienses mutaverint A<sup>o</sup>. 1750. 11<sup>a</sup>. et 16<sup>a</sup>. mensis Aprilis peractarum.



75. Fassinio domini Joannis Spreng sub iuramento coram inclitae tabulae regiae iurato notario de questione illa, an, dum in comitatu de Baranya nobiles Szabad Sz. Kiralienses pro nobilibus fuerant agniti, ex parte venerabile clero fuerit contradictum? elicite de 11<sup>a</sup>. Februarii 1750.
76. Gratosum domini comitis, domini Joannis Pálffy regni Hungariae palatini mandatum dilatorium ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium in castello Királyfalva 2<sup>a</sup>. Juny A<sup>o</sup>, 1750. emanatum, quo praecipitur domino Adamo Friebaisz comitatus Baraniensis vice comiti, ut terminum ex parte venerabilis Capituli Quinque-Ecclesiensis contra dictos nobiles Szabad Sz. Kiralienses praefixum brevem ceteroquin differat.
77. Testimoniales comitatus de Baranya inquisitionem per iudicem nobilium Paulum Mesterházy de quaestione illa, utrum executionem per dominum comitem Paulum Paszárdy respectu metarum inter possessionem Szabad Sz. Király, et Bicsérd erigendarum attentatam impediverint nobiles Szabad Sz. Kiralienses peractam, et 14. testes comprehendentem referentes expeditae 16<sup>a</sup>. Martii 1750.
78. Inquisitio collateralis ad requisitionem nobilium Szabad Sz. Kiraliensium super signis metas possessionum Szabad Sz. Király, et Bicsérd terminantibus consistens ex sex testibus de 9<sup>a</sup>. mensis Juny 1752. peracta.
79. Inquisitio ad requisitionem nobilium Sz. Kiraliensium ex duobus consistens testibus de eo fatentibus, utrum ab ore Joannis Totth coloni Bicsérdiensis audiverit testis, quod dum, et quando paratus sit iurare, quod terrae arabiles Szabad Sz. Kiraliensium illae quae ad viam Bagetaliensem határ utt [sic!] dictam penes sepes Bicsérdiensium transeuntem desinunt, spectent ad terrenum Szabad Sz. Kiraliense peracta 10<sup>a</sup>. mensis Junii 1752.
80. Sententiales inclitae tabulae regiae iudiciae in causa novi iudicii per venerabile capitulum Quinque-Ecclesiense contra nobiles Szabad Sz. Kiralienses accomodandorum limitum inter possessiones Bicsérd, et Sz. Király sub sigillo suae Majestatis Sacratissimae ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium Pestini 6<sup>a</sup>. Februarii A<sup>o</sup>. 1756. emanatae.
81. Testimoniales super exhibitione certificariorum ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium emanatarum, et capitulo Quinque-Ecclesiensi sonantium de 6<sup>a</sup>. Maji 1756. extraditae.
82. Inquisitio per exmissos ex deputatione fine investigandae nobilitatis ordinata per iudicium, et iurassorem comitatus de Baranya iuxta inibi repertas familias de nobilitate inhabitatorum Szabad Sz. Kiraliensium A<sup>o</sup>. 1754 peracta.
83. Testimoniales iudicium, et iurassoris super peracta damni in agris Sz. Kiraliensibus causati aestimatione extraditae 2<sup>a</sup>. Aprilis 1759.
84. Testimoniales comitatus de Baranya ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium super publicatione sententiae excelsae curiae regiae in favorem dictorum nobilium latae, et eatenus exmissione ordinata vice comitis intuitu erigendorum metarum cumolorum inter possessiones Szabad Sz. Király, et Bicsérd fiendorum decreta de 10<sup>a</sup>. mensis Martii A<sup>o</sup>. 1756. emanatae.
85. Inquisitio ad requisitionem nobilium Szabad Sz. Kiraliensium de eo, quod nobiles Szabad Sz. Kiralienses illi, de quibus capitulum Quinque-Ecclesiense suspicatur, neque domi fuerint, eo minus sepes Bicsérdiensium disiecerint de A<sup>o</sup>. 1741. 4<sup>a</sup>. Januarii peracta.

86. Processus oppositionalis sub actoratu nobilium Szabad Sz. Kiraliensium contra venerabile capitulum coram spectabili, ac perillustri domino Daniele Horváth comitatus huius Baranyiensis ordinato vice comite A<sup>o</sup>. 1738. motus, ac subseque terminatus, ac sub sigillo attacto comitatus die 15<sup>a</sup>. Septembris 1745. expeditus.
87. Processus coram domino Paulo Paszárdy vice comite ex parte venerabilis capituli A<sup>o</sup>. 1721. 20<sup>a</sup>. mensis Maji contra nobiles Szabad Sz. Kiralienses intuitu accomodandorum limitum inter possessiones Bicsérd, et Szabad Sz. Király motus in transsumpto sub sigillo incliti comitatus huius Baranyiensis 13<sup>a</sup>. mensis Novembris 1746. expeditus.
88. Inquisitio consistens ex 14. testibus ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium A<sup>o</sup>. 1745. 7<sup>a</sup>. Decembris peracta super eo, ut fateatur [testis] Georgius Kalmár, qualis quantitas sepium a Sz. Kiraliensibus dicta sit et eadem sepes Bicsérdiense ad ..... terrenum Szabad Sz. Kiraliense.....
89. Admonitio ad Reverendissimum dominum Nicolaum Givovics venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis praepositum fine impedendae iustitiae ob attentatas per Bicsérdienses colonos in nobilibus Sz. Kiraliensibus verberationes A<sup>o</sup>. 1745. 12<sup>a</sup>. Novembris iudlitter prae-missa.
90. Iudria admonitio adversus dominum Paulum Krusper venerabilis capituli notarium super eo, ut recordetur consilii sui, quod dominis nobilibus Sz. Kiraliensibus admonentibus tempore illo, quo dominus Joannes Vránovics iudlium ex parte venerabilis capituli nobiles Szabad Sz. Kiralienses admonuit ita, ut si respectu differentiarum intra se, et venerabile capitulum habitarum quidpiam amicabiliter tractare velint, projectum suum amicabile intra legale tempus appromtent, apud dominum admonitum cum responso fuerint significando se velle ad dominum Vránovics ire, et responsum ad admonitionem paratum eidem porrigere, admonitus responderit domino iudlium non esse domi de A<sup>o</sup>. 1748. 21<sup>a</sup>. July.
91. Sententiales inclitae tabulae regiae ad instantiam nobilium Szabad Sz. Kiraliensium in processu oppositionali ex parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium contra venerabile Capitulum Quinque-Ecclesiense moto sub sigillo Suae Majestatis Sacratissimae 2<sup>a</sup>. Septembris 1746. Pestini expeditae.
92. Inquisitio, qua signa metalia terrenum Szabad Sz. Kiraliense a terreno Varjasiensi distinguuntur remonstrantur, de 1<sup>a</sup>. Februarii 1766. peracta.
93. Inquisitio super eo, ut fateatur testis quonam spectet placet illa sylva, ubi Stephanus Szabó Varjasiensis incola ligna clam secuit, de Anno 1765. 17<sup>a</sup>. Decembris peracta.
94. Admonitio iudria, cui cautionales ex parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium datae, easdemque subsecutae remissionales adnexae sunt, super violenter ex indubitato terreno Szabad Sz. Kiraliensium abactis duobus equis nobilis Georgii Eva de 19<sup>a</sup>. Januarii 1766. peracta.
95. Georgii Ethei possessionis Varjas incolarum spani cautionales super abactione 4. pecorum per Szabad Sz. Kiralienses facta datae, iisdemque inserta remissio de 17<sup>a</sup>. Februarii 1766.
96. Admonitio iudria erga Reverendissimum dominum Emericum Christovics qua Possessionis Varjas illius temporis dominum terrestrem propter violentam nobilium Georgii Eva, et Francisci Eva in silva Cser erdő dicta ad possessionem nobilitarem Szabad Sz. Király spectante aggressionem, et a curru cum instrumentis eo spectantibus privationem de Anno 1765. 19<sup>a</sup>. Decembris peracta.

97. Admonitio ad iudicem, ac reliquos Varjasienses praemissa de eo, ut fateantur, cui terreno locus ille, ex quo Stephani Szabó incolae Varjasiensis, duos boves abegerunt Szabad Sz. Kiralienses, adiaceat de 2<sup>a</sup>. Januarii 1766. peracta.
98. Andreas Fako, qua iudex et reliqui Varjasienses admonentur, utrum eosdem a clanculario, et subreptitio usu sylvae Cser vocatae nobiles Szabad Sz. Kiralienses inhibuerint A<sup>o</sup>. 1766 2<sup>a</sup>. Januarii.
99. Ad reverendissimum dominum Emericum Christovics, qua possessionis Varjas actualem possessorem finem in illum de 18<sup>a</sup>. Januarii 1866, peracta admonitio, ut duos boves, quos ex sylva prohibita nobiles Szabad Sz. Kiralienses impulerunt persolutis persolvendis redimi faciat.
100. Inquisitio collateralis super eo, ut fateatur testis cuinam terreno locus ille, ex quo nobilis Georgii Eva duos equos una cum curru, et helciis Varjasienses abegerunt, ingremietur, peracta de 17<sup>a</sup>. Decembris 1765.
101. Reverendissimus dominus Emericus Christovics, qua venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis praepositus minor et possessionis Varjas dominus terrestris admonetur iudliter, ut equos duos, quos in possessionem Varjas Varjasienses ex sylva Cser violenter impulerunt, cum curru ferrato restituant de Anno 1765. 19<sup>a</sup>. Dec. peracta.
102. Incolae possessionis Varjas nominatenus descripti iudliter admonentur 1<sup>a</sup>. ut fateantur in qualinam territorio situetur plaga illa sylvae, unde nobilis Georgii Eva equos duos 12<sup>a</sup>. Decembris 1765. in possessionem Varjas violenter impulerunt. 2<sup>a</sup>. num in pacifico attactae sylvae usu semper nobiles Szabad Sz. Kiralienses praexistiterint. 3<sup>a</sup>. an quispiam nunc dictos nobiles in pacifico ejusdem sylvae usu turbaverint nec ne? de A<sup>o</sup>. 1766. 2<sup>a</sup>. Januarii.
103. Admonitio iudria ad incolas Varjasienses de eo, ut nobilis Georgii Eva duos equos cum apparamentis ex cuius commissione in possessionem Varjas impulerint, ac demum apud quem equi, ac helcia actu asserventur 16<sup>o</sup>. Decembris 1765. peracta.
104. Inquisitio collateralis de eo, ut fateatur testis locus, seu pars illa sylvae Cser dictae ex qua A<sup>o</sup>. 1772. 9<sup>a</sup>. Maji nobilis Joannis Katona vaccam, Joannis Uji autem equos cum curru Varjasienses abegerunt, inquali terreno existat, peracta 18<sup>a</sup>. Januarii 1773.
105. Oculata iudria, ex qua liquet cuinam terreno locus ille adiaceat, ex quo nobilis Joannis Katona vacca, Joannis autem Uji equi abacti sunt de 18. Februar 1773. peracta.
106. Admonitionis par ad Varjasienses praemissae de eo, quod ex cuius commissione nobilis Joannis Uji equos, et currum, Joannis autem Katona vaccam in possessionem Varjas impulerint de A<sup>o</sup>. 1773. 19<sup>a</sup>. Februarii.
107. Oculata iudria, qua remonstratur locus ille, ex quo oves nobilium Szabad Sz. Kiraliensium abactae sunt, peracta 18<sup>a</sup>. Februar 1773.
108. Varjasienses coloni iudliter admonentur, quatenus fateantur, quisnam commiserit illis, ut nobilium Szabad Sz. Kiraliensium oves ex indubitato eorum terreno obigant 18<sup>a</sup>. Januarii 1773.
109. Inquisitio de eo, ut fateatur testis cuinam terreno plaga illa, unde oves nobilium Szabad Sz. Kiraliensium per Varjasienses abactae sunt, adiaceat A<sup>o</sup>. 1773. 18<sup>a</sup>. Februarii peracta.
110. Admonitio intuitu verberati Georgii Hoszu nobilium Szabad Sz. Kiraliensium sylvarum custodis erga Varjasienses de eo, ut fateantur cuius ex commissione illegalem hunc actum perpetra verint, peracta de A<sup>o</sup>. 1773.

111. Testimoniales literae, quibus domini iudex nobilium, et iurassor incliti comitatus de Baranya attestantur, quod Varjasienses incolae non curata commissione ordinati vice comitis, ubi admonitionem scripto apud se habitam caepissent iisdem explanere, nihil respondentes dilapsi sint.
112. Admonitio ad Reverendissimum dominum Andream Ország, qua possessionis Varjas possessorem fine eo, ut super commissis potentiaribus actibus condignam dominis nobilibus admoneri curantibus satisfactionem impendat, a Georgio vero Hoszu sylvano violenter adempta vestimenta restitui faciat de A<sup>o</sup>.1773. 9<sup>a</sup>.Martii peracta.
113. Reverendissimus dominus Andreas Ország canonicus Quinque-Ecclesiensis, qua tamen possessionis Varjas actualis dominus iudliter admonetur pro parte nobilium Szabad Sz.Kiraliensium, ut nobilium Joannis Uji currum, Joannis Katona vero securim, quae Varjasienses in sylva Cser vocata potentia mediante abduxerunt, restitui curet A<sup>o</sup>.1773.9<sup>a</sup>.Martii.
114. Georgii Hoszu nobilium Szabad Sz.Kiraliensium sylvarum Circuitoris fassio sub iuramento elicita 18<sup>a</sup>.Februarii 1773.
115. Reverendissimus dominus Josephus Petheö canonicus Quinque-Ecclesiensis, qua tamen possessionis Velin actualis dominus iudliter admonetur, ut quoad patratos per Velinienses colonos actus potentiaribus debitam nobilibus Szabad Sz.Kiraliensibus administret satisfactionem, non absimiliter Georgii Hoszu adempta vestimenta sub paena violentiae reddi procuret de A<sup>o</sup>.1773.9<sup>a</sup>.Martii.
116. Oculata revisio loci illius, ubi Georgius Hoszu a Veliniensibus et Varjasiensibus colonis dire verbaratus exstitit de 18<sup>a</sup>.Februarii 1773.
117. Dominus Stephanus Ország iudliter ad requisitionem nobilium Szabad Sz.Kiraliensium admonetur, ut declaret, num qua arendator possessionis Varjas aut officialis praeiudiciosas, nimiumque damnosas commissiones extradaret, praeterea an sit.... de 9<sup>a</sup>.Martii 1778. 3.
118. Inquisitio qua locus ille, ubi Georgius Hoszu campi, et sylvarum [custos] per Velinienses, et Varjasienses verberatus est, probatur terreno nobilium Szabad Sz.Kiraliensium adiacere de A<sup>o</sup>. 1773. peracta.
119. Admonitionis par ad Varjasienses praemissae de eo, quod ex cuius commissione Georgium Hoszu in sylva Cser dicta verberaverint, ipsumque denudarint 20<sup>a</sup>. Februarii 1773.
120. Oculata iudria super verberatione Georgii Hoszu de 18<sup>a</sup>.Februarii 1773.
121. Admonetur Stephanus Szabó Varjasiensis incola, qua dominus duorum boum per nobiles Szabad Sz.Kiralienses ex sylva Cser nuncupata abactorum ut eadem pecora solutis prius solvendis domum pellat de 2<sup>a</sup>.Januarii 1766.
122. Admonetur iudex caterique incolae Velinienses de eo, et cuius commissione, et qui verberaverint Georgium Hoszu nobilium Szabad Sz.Kiraliensium campi, et sylvarum custodem, cuiusmodi admonitioni responsio quoque subnectitur de 17<sup>a</sup>.Februarii 1773.
123. Inquisitio collateralis subscriptione dominorum inquirentium roborata quidem, verum sine appensione sygillorum continens unum testem, cum tamen fundamentalis foret, quo citius expedienda erit, peracta est de 30<sup>a</sup>.Januarii 1766.

124. Testimoniales literae super cautionalibus, quas nobiles Szabad Sz. Kiralienses intuitu 28. setigerorum Varjasiensium a damno perdictos nobiles invagiatorum dederunt, emanatae 28<sup>a</sup>. Octobris 1773.
125. Ocularis inspectio iudria illius plagae, qua subulci nobilium Szabad Sz. Kiraliensium setigeros Varjasiensium N<sup>o</sup>. 28. invagiarunt, habita 15<sup>a</sup>. Aprilis 1774.
126. Inquisitio, qua probatur quali territorio adiaceat plaga illa, ex qua setigeri Varjasiensium abacti sunt 15<sup>a</sup>. Aprilis 1774.
127. Varjasienses iudliter admonentur, ut setigeros suos in possessionem N[ob]ilitarem Szabad Sz. Kiraly impulsos depositis deponendis redimant 16<sup>a</sup>. Aprilis 1774.
128. Specificatio sumptuum in intertentionem invagiatorum setigerorum Varjasiensium impensorum.
129. Admonitio reverendissimo domino Josepho Nicolao Givovics, qua venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis praeposito majori intuitu violentorum in terreno Szabad Sz. Kiraliensium potatorum actuum, et potentiariae invasionis iudliter exhibita finem in eum, ut a similibus ausibus venerabile capitulum desistat de 26<sup>a</sup>. Maji 1745. expedita.
130. Inquisitio collateralis una cum copia eiusdem super dissectione sepium Bicsérdiensium terris Szabad Sz. Kiraliensium adhaerentium 23<sup>a</sup>. Martii 1746. peracta.
131. Copia benigni Maiestatis Sacratissimae dominae Mariae Theresiae mandati promotorii, quod ad instantiam venerabilis capituli ideo, ut processum illum [quaerulosum], qui intuitu dispecterum sepium Bicsérdiensium iam incaminatus erat, vice comes ultro prosequatur, A<sup>o</sup>. 1746. 21<sup>a</sup>. Septembris emanavit.
132. Par benigni Sacratissimae Maiestatis dominae, Mariae Therasiae mandati ad demissam comitatus de Baranya eatenus circa processum violentialem sub actoratu venerabilis capituli contra nobiles Szabad Sz. Kiralienses propter attentatam sepium dissectionem erectum repraesentatam informationem Viennae 17<sup>a</sup>. Februarii 1747. emanati, quo ordinatur, ut inclitus comitatus in id sollicite incumbat, quatenus memoratus processus amice sopiatur.
133. Inquisitio collateralis intuitu positae quaestionis, quod an aliquando in pacifico plagae illius usu, quam dominus Paulus Paszárdi vice comes a nobilibus Szabad Sz. Kiraliensibus abiudicavit, coloni Bicsérdienses praefuerint 16<sup>a</sup>. Februarii 1747.
134. Inquisitio super metalibus signis nobilitaris possessionis Szabad Sz. Király metas a vicinae possessionis Velin metis distiguentibus anno 1766. 1<sup>a</sup>. Februarii peracta.
135. Similis inquisitio de metis inter possessiones nobilitarem Szabad Sz. Király, et Velin ad requisitionem nobilium Szabad Sz. Kiraliensium peracta 5<sup>a</sup>. Februarii 1766.
136. Inquisitio super metis terrena possessionum Szabad Sz. Király, et Velin separantibus 6<sup>a</sup>. Februarii 1766.
137. Declaratio nobilium Szabad Sz. Kiraliensium, qua motiva propter qua amicam in queruloso quoad disiectas sepes moto processu iniire nolint, adducuntur.
138. Testimoniales sub autentico incliti comitatus sigillo emanatae, quibus innuitur quod nobiles Szabad Sz. Kiralienses contra factum Balthasaris Felker, qua incliti domini Sz. Lórincz provisoris protestentur eo, quod certum dumetum in terreno Szabad Sz. Kiraliensium situm potentia mediante subarari fecerit de 13<sup>a</sup>. July 1763. expedita.

139. Inquisitio collateralis metas territorii Bicsérdiensis a metis nobilitaris possessionis Szabad Sz. Király determinans die 10<sup>a</sup>. Juny A<sup>o</sup>. 1721.
140. Testimoniales exequentium iudicum, quibus significatur, quod vigore sententiae in processu metali quoad metas possessionis Bicsérd via novi suscitato<sup>a</sup> excelsa curia regia latae reexecutio reexequendorum seu reerectio metalium cumulorum metas terreni Szabad Sz. Kiraliensis a metis Bicsérdiensis possessionis distinguendum instituta sit 22<sup>a</sup>. Maji 1756.
141. Paria actionis querulosae cum citatoriis domini vice comitis domini Joannis condam Hersching dorso eiusdem insertis, et nobilibus Andrae Beke, Petro Uji, Stephano Uji, Joanni Beke, Danieli Eva, Francisco Beke, et Petro Eva sonantibus 22<sup>a</sup>. Aprilis 1758. expeditae.
142. Reflexorio-certificatoriae domini vice comitis domini Joannis Hersching nobilibus Petro Eva, Petro Uji, Danieli Eva, Andreae László, Andreae Beke, Joanni Beke, et Stephano Uji exhibitae.
143. Inquisitio, qua mediante testes sub iuramento examinati signa metalia terrenum nobilitaris possessionis a terreno praedii Tarcsa separantia remonstrant 18<sup>a</sup>. Decembris 1758. extradita.
144. Inquisitio ~~metalis~~ metalis metas territorii Szabad Sz. Király a metis, praedii Tarcsa dividens 29<sup>a</sup>. Maji 1759. expedita.
145. Similis inquisitio de supra dictae possessionis, et praedii metis A<sup>o</sup>. 1763. 28<sup>a</sup>. Novembris peracta.
146. Inquisitio pariter de metis inter possessionis Szabad Sz. Király, et praedium Tarcsa praehabitis 28<sup>a</sup>. Aug. 1757. extradita.
147. Similis inquisitio intuitu metarum possessionis Szabad Sz. Király, et praedii Tarcsa de 29<sup>a</sup>. Aug. 1757. peracta.
148. Inquisitio collateralis signa pro metis possessionis Szabad Sz. Király terrenum a terreno possessionis Bicsérd distinguendum habita remonstrans peracta est 25<sup>a</sup>. Aprilis 1720.
149. Dominus Balthasar Felker, qua dominii Sz. Lőrincz provisor ex parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium admonetur iudicialiter, ut fateatur ex cuius commissione agros admoneri curantium nobilium alias pro signo metali habitos subarari fecerit 17<sup>a</sup>. Aprilis 1757.
150. Officiolatus dominii Sz. Lőrincz iudicialiter admonetur, ut fateatur ex cuius commissione agros in indubitato terreno Szabad Sz. Kiraliensi sitos subarari ac subsequenter etiam inseminari curaverit 30<sup>a</sup>. Aug. 1757.
151. Inquisitio collateralis de eo, ut fateatur testis an sciat cur cespitem, qui inter terrena possessionis Szabad Sz. Király, et praedii Tarcsa interiacet, subarari non fecerint nobiles Szabad Sz. Kiralienses 30<sup>a</sup>. Maji 1759.
152. Similis Inquisitio super pari.....peracta 9<sup>a</sup>. Decembris 1758.
153. Inquisitiones binae de eo an coloni illi, qui in deserta colonia limitibus terreni Szabad Sz. Kiraliensium proxima sedes suas fixerant, alibi quoque in terreno Tarcsaiensi Coloniam habuerint de 27<sup>a</sup>. et 29<sup>a</sup>. Aug. 1757. peractae.

154. Inquisitiones triplicis ordinis super quaestione illa, an sciat testis quo tempore primum cespitem vepribus refertum supra locum Sötfü, et infra viam Gerendel utt dictam situm subarari, et inseminari curaverit dominium Sz.Lőrincziense, quive illum subaraverint, quali semine inseminaverint, item an, et qui ex officialibus, et servitoribus dominalibus aderant numve nobiles Szabad Sz.Kiralienses praesentes fuerint, et facta ipsorum reclamaverint de 9<sup>a</sup>. Januarii 2<sup>a</sup>. Aprilis, et 30<sup>a</sup>. Maji 1759.
155. Inquisitio de eo, ut fateatur testis quinam fuerint praesentes ex officialibus, et servitoribus incliti domini Sz.Lőrincz tempore eo, quo cespitem in terreno Szabad Sz.Kiraliensi situm attactum dominium Sz.Lőrincz partim exstirpari, partim inseminari curavit 9<sup>a</sup>. Decembris 1758. emanavit.
156. Inquisitio de eo, an nobilis Petrus Eva inter illos nobiles Szabad Sz.Kiralienses fuerit, qui Zeam, et Milium per Sz.Lőrinczienses in cespite ad terrenum Szabad Sz.Kiraliensium spectante, non curata Szabad Sz.Kiraliensium protestatione, contradictione, inseminatum defalcarunt.
157. Ocularis revisio agrorum eorum, quos dominos Balthasar Felker, qua domini Sz.Lőrincz provisor violenter subarari fecit 17<sup>a</sup>. Aprilis 1757.
158. Admonitio iudria ad dominum Balthasarem Felker illius temporis domini Sz.Lőrincz provisorum fine eo, ut fateatur ex cuius mandato sex boves nobilium Szabad Sz.Kiraliensium cum aratro ex plaga terreno Szabad Sz.Kiraliensium adiacente violenter abigi fecerit, praemissa 17<sup>a</sup>. Aprilis 1757.
159. Copia cautionalium, quas de sex bobus per Balthasarem Felker violenter abactis nobiles Szabad Sz.Kiralienses pro securitate domini Sz.Lőrincz dederunt de 17<sup>a</sup>. Aprilis 1757.
160. Ocularis iudria revisio agri illius ex quo dominus Balthasar Felker sex boves nobilium Szabad Sz.Kiraliensium abigi fecit 17<sup>a</sup>. Aprilis 1757.
161. Oculata iudria ex quo liquidi constat cespitem illum metosum, quem domini Sz.Lőrincz officiolutus primum exstirpari dein subarari fecerat, ad terram nobilium Szabad Sz.Kiraliensium existere 21<sup>a</sup>. July 1763.
162. Inquisitio ad requisitionem domini comitis Nicolai Eszterházy de eo an sciat testis quod in plagae illius, ex qua nobiles Szabad Sz.Kiralienses inseminatum Milium demessuerunt, domini Sz.Lőrincziensis coloni usu pacifico semper praeexstiterint 25<sup>a</sup>. Novembris 1758.
163. Inquisitio quoad illam quaestionem utrum praesens fuerit testis illa occasione, dum nobiles Szabad Sz.Kiralienses Milium demessuerunt.
164. Testimoniales incliti comitatus de Baranya sub autentico eiusdem comitatus sigillo expeditae renovationem cumulorum terrenorum terrenum Szabad Sz.Kiraliense a terreno praedii Tarcsa separatium referentes de dato 5<sup>a</sup>. Aprilis 1775. expeditae. *m*
165. Dominus Balthasar Felker iudlitter admonetur, ac respective inhibetur, ut ab omni imposterum et qualicumque sub praetextu attendanda terreni Szabad Sz.Kiraliensis subaratione, aut usuatone desistat 7<sup>a</sup>. Aug. 1763.
166. Inquisitio, qua fassionibus testium metae possessionis Szabad Sz. Király metas contiguae possessionis Varjas distinguentes probantur, peracta 6<sup>a</sup>. Februarii 1766.

167. Inquisitio intuitu signorum metalium terrenum nobilitaris possessionis Szabad Sz. Király a terreno possessionis Varjas distinguentes peracta 5<sup>a</sup>. Februar. 1766.
168. Ad requisitionem reverendissimi domini Emerici Christovics nobilis Andreas Iászló, qua possessionis Szabad Sz. Király iudex, ac per eum tota nobilitaris communitas iudlitter admonetur, ut Stephani Szabó Varjasiensis coloni boves duos, currum, ac securim restitui faciat.
169. Admonitio iudria, qua incolae Varjasienses ad fatendum stringuntur ut fateantur an aliquando parochus in possessione Varjas resederit, si non consequitur, quod terrae illae arabiles, et prata quae actu in limitibus pratorum Varjasiensium situantur vulgo Pap rétye, et fölgye vocata parochi Szabad Sz. Kiraliensis fuerint de 2<sup>a</sup>. Januarii 1766. expedita.
170. Admonentur iudlitter incolae possessionis Varjas super eo quale nomen sortiantur prata, quae in defluxu aquae Szabad Sz. Kiraliensis iacent 2<sup>a</sup>. Januarii 1766.
171. Admonitio iudria ad Varjasienses colonos finem in illum, ut fateantur an sylva illa, quae penes viam ex Szabad Sz. Király ad Velin ducentem ad orientem iacet, usque nunc dictam Veliniensem viam situetur in terreno Szabad Sz. Kiraliensi? demum an sciant signa quaequam designare metas possessionem Szabad Sz. Király, et Varjas distinguantia 2<sup>a</sup>. Januarii 1766. [peracta ].
172. Cationales ex parte nobilium Szabad Sz. Kiraliensium datae, iisdemque invagiatorum pecorám resignantis iudlium proprietariis remissio 1773. 3<sup>a</sup>. Decembris.
173. Testimoniales sub autentico incliti comitatus istius sigillo expeditae super protestatoria cautela, ac contradictione per nobiles Szabad Sz. Kiralienses interposita circa indictationem sylvae ad conscriptionem contributionalem per Varjasienses factam interventa de 19<sup>a</sup>. Martii 1774.
174. Resignatoriae, quibus setigere Varjasiensium incolarum 28. per nobiles Szabad Sz. Kiralienses ex sylva Cser dicta tamquam damno invagiati ad manus iudrias resignantur 23<sup>a</sup>. Octobris 1773.
175. Damni in sylva nobilium Szabad Sz. Kiraliensium Cser vocata per 28. setigeros Varjasiensium causati aestimatio 24<sup>a</sup>. Octobris 1773.
176. Manibus iudriis resignantur setigeri nobilium Szabad Sz. Kiraliensium N<sup>o</sup>. 13. per Varjasienses indebite impulsis 28<sup>a</sup>. Octobris 1773.
177. Cationales nobilium Szabad Sz. Kiraliensium super setigeris 15. quos Varjasienses ex terreno Szabad Sz. Kiraliensi impulerunt 1<sup>a</sup>. Novembris 1773.
178. Cationales nobilium Szabad Sz. Kiraliensium super 4. setigeris per Varjasienses indebite impulsis die 8<sup>a</sup>. Novembris 1773. datae.
179. Literae domini vice iudlium nobilibus Szabad Sz. Kiraliensibus de dato 17<sup>a</sup>. Novembris Quinque-Ecclesiis scriptae significantes, num cationales super 28<sup>a</sup>. setigeris Varjasiensibus datas velint acceptare, nec ne?
180. Paria binarum cautionalium sub vidimata iudicum nobilium per reverendissimum dominum Andream Ország canonicum Quinque-Ecclesiensis qua tamen possessionis Varjas actuale[m] possessorem datarum 13<sup>a</sup>. Novembris 1773.



181. Setigeri 22. quos Varjasienses ex sylva Cser impulerunt, ex parte reverendissimi domini Andrea Ország, qua possessionis Varjas actualis possessoris manibus iudriis resignantur 26<sup>a</sup>. Novembris 1773.
182. Reverendissimus dominus Andreas Ország Quinque-Ecclesiensis canonicus, qua tamen possessionis Varjas actualis possessor nobiles Szabad Sz.Kiralienses admoneri curat, ut 28. setigeros Varjasensium incolarum proprietariis remittant 1<sup>a</sup>. Decembris 1773.
183. Nobilium Szabad Sz.Kiraliensium setigeri, quos Varjasienses potentia mediante impulerunt, a Gerdiensibus, et Rugásdiensibus incolis aestimantur 10<sup>a</sup>. Decembris 1773.
184. Inquisitio de loco, ubi Joannes Tott incola Bicsérdiensis in sylva Cser dicta clam ligna secuit, in quali terreno situetur, numve ibidem nobiles Szabad Sz.Kiralienses pacificum possessorium tenuerint 17<sup>a</sup>. Decembris 1765. peracta.
185. Inquisitiones binae de eo, num sciat testis, quod pars illa sylvae, ubi Gregorius, Georgius, et Michäel omnes Paragi Bicsérdienses incolae ligna pro palis apta, et virgulta secuerunt, terreno nobilium Szabad Sz.Kiraliensium ingremietur 17<sup>a</sup>. Decembris 1765.
186. Motiva ex parte nobilium Szabad Sz.Kiraliensium difficultates domini condam Kaszay venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis at tunc fiscalis evertentia, atque avitam eorum nobilitatem confirmantia coram inclita deputatione de nobilitate investigante per modum allegatorum longa serie deducta.
187. Copiae protestationis ex parte venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis contra factum episcopi aequae Quinque-Ecclesiensis divisionem bonorum tangens de A<sup>o</sup>. 1714. 26<sup>a</sup>. Januarii coram inclita universitate comitatus de Baranya interpositae.
188. Extractus in causa oppositionali ex parte venerabilis capituli contra nobiles Szabad Sz.Kiralienses mota.
189. Par protestationis per Nicólaum condam Kaszai ex parte venerabilis cleri Quinque-Ecclesiensis intuitu certarum, et nomine tenus insertarum possessionum, inter quos est etiam Sz.Király, quasi ad eundem optimo iure spectantium eo, quod impraesentiarum alii sint possessores interposita A<sup>o</sup>. 1756. 11<sup>a</sup>. Martii ad quam ex parte nobilium Szabad Sz.Kiraliensium dominus Laurentius Farkas reprotestatus est.
190. Copia protestationis ex parte nobilium Szabad Sz.Kiraliensium adversus nudam venerabilis cleri Quinque-Ecclesiensis declarationem anno 1756. 2<sup>a</sup>. Juny interpositae.
191. Copia testimonialium literarum venerabilis capituli ecclesiae Castriferrei ad mandatum praeceptorio-requisitorium Pauli serenissimi Regii incliti principis Estoras de Galantha regni Hungariae palatini super non admissa in dominium certa curia in possessione Sz.Király existentis per principem Thomam de Nádasd aequae palatinum Adami Literati iudici curiae regiae collatae introductione A<sup>o</sup>. 1715. expeditarum.
192. Instantia nobilium Szabad Sz.Kiraliensium universitati comitatus de Baranya porrecta, mediante qua supplicant, ut penes advolutas benignas protectionales regias de A<sup>o</sup>. 1720. emanatas Suae Majestati comendare dignetur inclitus comitatus, quatenus et Sua Majestas sacratissima eosdem in protectionem suam suscipere, et fidelibus suis subditis praecipere, quo et ipsi adversus impetitores protegere velint.

193. Copia duplex instantiae nobilium Szabad Sz. Kiraliensium inclitae tabulae regiae iudriae eo ut, a die in sedria interpositae appellatae damnorum, expensarum, et fructuum medio tempore perceptorum refusionem, et compensationem autoritate inclitae tabulae regiae consequi possint porrectae.
194. Supplex libellus inclitae tabulae regiae porrectus eo, ut cum procedens vice comes ad sumptuum, et damnorum refusionem executionem dirigere neglexisset, memoratos sumptus, et damna in forma supplementi calculo iudrio limitare dignetur.
195. In causa novi iudicii venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis ut novisantis, contra nobiles Szabad Sz. Kiralienses ut novisatos intuitu metarum inter possessiones Szabad Sz. Király, et Bicsérd controversarum mota triplicis ordinis inclitae tabulae regiae exhibita species facti.
196. Circumstantialis in causa passiva communitatis nobilium possessionis Szabad Sz. Király per venerabile capitulum Quinque-Ecclesiense A<sup>o</sup>. 1721. 21<sup>a</sup>. Maji mota species facti.
197. Copia Carolinarum privilegialium protectionalium literarum de A<sup>o</sup>. 1720. 30<sup>a</sup>. Aprilis emanatarum.
198. Reflexiones in 4. exemplaribus circa inquisitiones venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis in processu metali novi iudicii contra nobiles Szabad Sz. Kiralienses suscitato productas.
199. Commissio iudria domini Danielis Horváth vice comitis ad requisitionem nobilium Szabad Sz. Kiraliensium data 6<sup>a</sup>. Januarii 1741.
1000. Passuales, quas communitas possessionis Szabad Sz. Király nobilibus pariter Szabad Sz. Kiraliensibus Posonium in negotiis laesam nobilitatis suae praerogativam tangentibus proficiscentibus dedit 16<sup>a</sup>. Octobris 1720.
1001. Instantia regiae Maiestati ex parte Szabad Sz. Kiraliensium porrecta, qua de genu supplicant, quatenus mandatum promotorium quoad processum oppositionalem ex parte venerabilis capituli Quinque-Ecclesiensis contra eosdem nobiles erectum relaxare, non secus institutum etiam possessum oppositionalem clementer cassare dignetur.
1002. Copia gratiosi excelsi consilii regii super modo in investigatione dubiae nobilitatis imposterum observando mandati de dato 30<sup>a</sup>. Maji emanati sub extradato notariali.
1003. Inquisitio de eo, ut fateatur testis quinam fuerint ex Varjasiensibus..... ceterum praesentes, dum sex setigeri aequae Varjasiensium [folytatás hiányzik]
1004. Inquisitio super quaestione illa num sciat testis Stephanum Hegedüs nobilium Szabad Sz. Kiraliensium sylvarum custodem quinam ex Bagotaiensibus, in quo loco et quot verberaverint de 30<sup>a</sup>. Junii 1775. extradita.
1005. Inquisitio de eo an in usu pacifico loci illius, ubi Stephanus Hegedüs a Bagotaiensis dire verberatus exstitit, nobiles Szabad Sz. Kiralienses semper praefuerint 30<sup>a</sup>. 1775. peracta.
1006. Ocularis revisio, qua demonstratur locum illum, ubi Stephanus Hegedüs verbera recepit, in terreno Szabad Sz. Kiraliensi existere 30<sup>a</sup>. Juny 1775. peracta.
1007. Admonentur Bagotaienses, ut fateantur ex cuius commissione pecudes suas in terrenum Szabad Sz. Kiraliense impellere praesumant, et Stephanum Hegedüs sylvarum custodem verberarunt 3<sup>a</sup>. July 1775. peracta.

1008. Visum repertum duplex de verberatione Stephani Hegedüs de Anno 1775. datum.
1009. Dominus Martinus Adamovics, qua comitum Leopoldi, et Rudolphi Pállfy bonorum plenipotentarius, et per eum omnes officiales, et servitores domaniales, nec non possessionum Sz.Gáll, Rugásd, et Gerdi, et Bagotha incolae ab omni involatione, et quovis sub praetextu ac colore ettantanda usurpatione terreni Szabad Sz.Kiraliensis sub paenae legali inhibetur. 5<sup>a</sup>. Juny 1740.
1010. Testimoniales sub autentico inclitus comitatus istius de Baranya sigillo a~~n~~ intuitu metarum inter terrenum possessionis Szabad Sz.Király, et praedii Tarcsa controversarum accordam, ac ex post in confirmitate initae praeviae transactionis erectionem cumulorum metalium noviter factam referentes e generali praefati comitatus 21 Novembris 1771. ccelebrata expeditae.
1011. Inquisitio collateralis de eo ansciat testis, quod silvam Cser dicta versus terrenum Bagotaiense extensam quinam, et ad quot ex ordinatione incliti comitatus huius ad mandatum Suae Maiestatis interventa extirpaverint die 23<sup>a</sup>. Februarii. 1773. peracta.
1012. Reverendissimus dominus Andreas Ország, qua possessionis Varjas actualis possessor iudliter admonetur, quatenus setigeres Vaejasiensium No.28. ex silvis glandiferis nobilium Szabad Sz.Kiraliensium impulsos redimat, sut redimi faciat de anno 1774.
1013. Reverendissimus dominus Andreas Ország, qua possessionis Varjas actualis possessor iudliter admonitus est ut nobilium Szabad Sz. Kiraliensium 4. setigeros per Varjasienses incolas violenter abactos restitui curet, expeditus 17<sup>a</sup>. Januarii 1774.
1014. Admonitio iudria erga reverendissimus dominum Andream Ország de eo, ut duos setigeros per . . . . .
1015. Reverendissimus dominus Andreas Ország iudliter admonetur, ut setigeros ad nobiles Szabad Sz.Kiralienses spectantes, ac actu apud incolas Varjasienses volenter detentos manibus proprietariorum remitti curet non resignet 26<sup>a</sup>. Decembris 1773.
1016. Processus venerabilis capituli cathedralis ecclesiae V.-Ecclesiensis ut novisantis et A [?] contra nobiles Szabad Sz.Kiralienses velut novisatos, et . . . . . [?] A<sup>o</sup>. 1750. die 1<sup>a</sup>. Decembris coram spectabili domino Joanne Hersching ordinato comitatus istius vice comite suscitatus, et tandem in sede iudria anno 1754. terminatus, ac ad inclitam tabulam regiam ex parte nobilium per appellatam deductus.

A fenti regestákat tartalmazó füzetet dr.Hodinka Antal egyetemi tanár ur, egyetemünk ezidei Rector Magnificusa, gyűjteményéből szives engedélyével közöljük.

Ivrétü, 14 levelü papirfüzet. A 13 b lap, valamint a 14. levelül üres. A papir vízjegyén püspöki címer látszik, kereszttel és pásztorbottal, de nem tudtam megállapítani, hogy a címer Klimé püspöké? A címer pajzsában levő szeszélyes vonalak elvesznek a lapokat borító írás alatt. Klimó címere a pécsi papírmalom vízjegyéül szolgált. Az utolsó (14.) levelen a többlettől eltérő vízjegy látszik: szintén címer, de nem papi s a pajzs két mezeje üres; a címertől

jobbra-balra és alatta egy-egy betű látszik: F.P.C. A papir bordázata különben ugyanolyan, mint a többi levélé.

A tinta, melyet a regesták írására használtak, nem volt sem fekete, sem kék, sem piros; ma jól olvasható sötétes sárga színű.

A szöveget a rövidítések feloldásával közöltük.

A 18. század második feléből származó jól olvasható, de helyenként szakadozott írású kézirat címében elmondja az Elenchus tartalmát. Utána időrendben pontokba szedve megtaláljuk Szabad Sz. Király község történetének minden fontosabb mozzanatát 1557-től 1750-ig. Baranya multja és magyar lelke, a mohácsi vész utáni két zivataros század története szólal meg registrált okleveleiben.

Hős hadvezérek hatalmas birtokokat kapnak uralkodóiktól, hogy kész szolgái legyenek a békés munkálkodásnak. Szabad Sz. Király község kismemeseinek birtoka a perlekedések melegágya lesz. Ez a község több mint száz éven át heroikus küzdelmet folytat a szomszédos önkényeskedő főurakkal, akik közprédának tekintették kismemes szomszédaik birtokát, jószágát, legelőjét. Királyi pecséttel, aláírással ellátott parancsok, körlevelek állnak a szentkirályiak mellé, hogy védelmet nyujtsanak "contra omnes et singulos" különösen gróf Véchy Gábor ellen, (N<sup>o</sup>.6), akit maga gróf Eszterházy Pál, nádorispán panaszol be Lipótnál, mert a szentkirályiakat "ad statum colonicalem reducere voluit". (N<sup>o</sup>.34). A pécsi püspök, Radonay Mátyás Skerlecz Miklós nagyprépostot figyelmezteti "ne in negotio Szabad Sz. Kiraliensium fraudiliter agat". Hiába, a szomszédos földesurak elhajtják a szentkirályiaknak jószágait, a szentkirályi legelőkön hizlalják sertéseiket, juhaikat, ökreiket, az ő erdei vadjaikból lakomáznak.

Varjas, Szent Gáll, Rugásd és még más szomszédos községek elkeseredetten harcoltak Szent Király határában fekvő Cser erdőért. A hosszú huza-vonának az lett a vége, hogy kivágatták a perlekedés tárgyát, a Cser erdőt.

Szabad Szent Király község lakóira vonatkozó oklevelek közlésével Baranya multjának épületéhez akartunk egy kővel hozzájárulni és örömmel ragadtuk meg az alkalmat, mely erre módot adott.